Philandrier, Guillaume: Gvlielmi Philandri Castilionii Galli Civis Ro. In Decem Libros M. Vitruuii Pollionis de architectura Annotationes

Rom, 1544 Seite 152



bus ventis patétes venæ. DE FVNDATIONIBVS ÆDIVM SACRARVM IN TERTIO LIB. EST SCRIPTVM. CAP. III. PRÆCINCTIONES AD ALTITVDINES THEATRORVM PRO RATA PARTE FACIENDÆ VIDENTVR. *Præcinctiones hoc loco graduum superiorum ab inferioribus diuisiones. Tota enim gradatione in partes tres diuisa, singulis diuisionibus fiebat gradus duplo cæteris latior. Altitudinem obscurius significauit Vitruuius cum ait, Præcinctiones non esse altiores quam quanta sit itineris præcinctionis latitudo, idest interiectas veluti graduum refractiones & areolas, altiores esse non debere quam sint latæ. Latitudinis non finit rationem, sed fuisse eam quã dixi animaduersam est veterũ monumentis.* VTI LINEA, CVM AD IMVM GRADVM ET AD SVMMVM EXTENTA FVERIT. *Hic linea pro funiculo accipitur vt lib. 6. cap. 9. et lib. 9. cap. 9. Vtitur Plinius lib. 32. cap. 2. & Columella alicubi.* DIRECTOS ET SINE INVERSVRIS FACIENDOS. *Sine flexu, ne in angulis dum diuertendum & flectendum est, quando è spectaculis descendit populus, confluentes se cõprimant.* EA MOVETVR CIRCVLORVM ROTVNDATIONIBVS INFINITIS. *Confert vocem cum orbibus & circulis, quos vnda iacto lapide reddit, Philosophice istud quidem.* DIESI AD CHORDARVM SONITVM CLARITATEM PERFICIVNTVR.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/philandrier1544/0172
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.